

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Mors cp cum fonte primo

Bassus senex,

si quid incommodi aut metus
in morte est, morientis uicium
esse dicebat, non mortis.

Tam stultum esse qui mortem timeat,
quam qui senectutem. Nam
quemadmodum senectus adolescentiam
sequitur, ita mors senectutem.

Si timenda mors est, semper timenda est.
Quod enim tempus morti exemptum est?

Tu tamen mortem ut nunquam timeas
semper cogita.

Seneca XXX. epistola.

Bassus noster videbatur mihi prosequi se
et componere et vivere tamquam
superstes sibi et sapienter ferre
desiderium sui. Nam de morte multa
loquitur et id agit sedulo ut nobis
persuadeat,
si quid incommodi aut metus
in hoc negotio est, morientis vitium
esse, non mortis;
non magis in ipsa quicquam esse
molestiae quam post ipsam.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 30, 5 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.86, ll.3-9).

Is ait
tam stultum esse qui mortem timeat
quam qui senectutem; nam
quemadmodum senectus adulescentiam
sequitur, ita mors senectutem.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 30, 10 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.87, ll.4-6).

Ita
si timenda mors est, semper timenda est:
quod enim morti tempus exemptum est?
Sed vereri debo ne tam longas epistulas
peius quam mortem oderis. Itaque finem
faciam:
tu tamen mortem ut numquam timeas
semper cogita.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 30, 17-18 (L.
Reynolds ed., vol.1, pp.88-9, ll.27, 1-5).